

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fabula d  
cum fontibus proximo et primo

Esopus  
qui merito sapiens estimatus est  
utilia monita sua  
non seure neque imperiose precepit,  
sed ut philosophis mos erat

salubriter ac prospicienter

mentes animasque hominum  
cum audiendi quadam illecebra induit.

Agellius libro II.

Fuerunt autem et alii, qui ad maiorem  
expressionem veritatis apologias finxerunt,  
siue composuerunt, qualis fuit Aesopus,  
de quo Agell. lib. 2. c. 29. ait, quod  
Aesopus ex Phrygia ille fabulator,  
non immerito sapiens aestimatus est.  
Cumque utilia monita sua erant,  
non seure, neque imperiose praecepit,  
et censuit, vt philosophis mos erat;  
sed festiuos,  
et delectabiles apologos commentus, res  
salubriter, atque prospicienter  
animaduersas in  
mentes, animasque hominum,  
cum audiendi quadam illecebra, indidit.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*, 8.5.9  
(Rome, 1655, p.389).

Aesopus ille e Phrygia fabulator  
haut immerito sapiens existimatus est,  
cum, quae utilia monitu suasuque erant,  
non seure neque imperiose praecepit  
et censuit, ut philosophis mos est,  
sed festiuos  
delectabilesque apologos commentus res  
salubriter ac prospicienter  
animaduersas in  
mentes animosque hominum  
cum audiendi quadam inlecebra induit.

Aulus Gellius, *Noctes Atticae*, 2.29.1  
(C. Hosius ed., vol.1, p.138, ll.15-21).